AD ALBATVM VICIT . LXXXXI . INDE AD HS . XXXII . AD PRA-
SINVM HS . CCCLVIII . LXIII . CXX . PRAETEREA BIGAS . M . VI
CIT . III . AD ALBATV . I . AD PRASINV . II . OCCVPAVIT ET
VICIT . ϴ . CCCXV . SVCCESSIT ET VICIT LXVII .
— XXXVI . VARIIS GENERIBVS VIC . XXXXII . ERIPVIT ET
VICIT ϴ II . PRASINIS . CCXVI . VENETIS . CCV . ALBATIS . LXXXI .
EQVOS CENTENARIOS FECIT . N . VIIII . ET DVCENAR . I .

INSIGNIA EIVS .

— TO SIBI QVO ANNO PRIMVM QVADRIGIS VICTOR EXTI
TIT BIS ERIPVIT : BIS ACTIS CONTINETVR AVILIVM TEREN .
FACTIONIS SVAE PRIMVM OMNIVM VICISSE ∞ . XI .
EX QVIBVS ANNO VNO PLVRIMVM VINCENDO VICIT .
— NO PRIMVM CENTVM VICTORIAS CONSECVTVS EST . VI-
CTOR , CIII . SIMGVLARVM VICIT . LXXXIII . ADHVC AVGENS GLO

RIAM TITVLI SVI PRAECESSIT THALLVM FACTIONIS SVAE.QVI
.PRIMVS IN FACTIONE RVSSATA VICIES OMNIVM AGITATO-
RVM EMINENTISSIMVS QVO ANNO ALIENO PRINCIPIO VIC-
TOR .CXXXIIII. SINGVLARVM VICIT . CXVIII . QVO TITVLO
PRAECESSIT OMNIVM FACTIONVM AGITATORES QVI VNQVAM
CIRCENSIVM INTERFVERVNT ,OMNIVM ADMIRATIONE MERI
TO NOTATVM EST QVOD VNO ANNO ALIENO PRINCIPIO DVO
BVS INTROIVGI COTYNO ET POMPEIANO VICIT . LXXXXVIIII.
.L̄X̄I. LIIII. X̄LI . X̄X̄XII . FACTIONIS PRASINAE VICTOR ∞ XXV.
PRIMVS OMNIVM VRBIS CONDITAE AD HS.L̄. VICIT . VII . DIO-
CLES PRAECEDENS EVM INTROIVGIS TRIBVS ABIGEIO LVCIDO
PARATO.L̄. VICIT . VIII.COMMVNEM VENVSTVM : EPAPHRODI
TVM TRES AGITATORES MILLARIOS FACTIONIS VENETAE AD
HS.L̄. VICISSENT.XI. DIOCLES POMPEIANO ET LVCIDO DVOBVS
INTROIVGIS . L . VICIT ——— FACTIONIS PRASINAE VICTOR ∞
XXV. ET FLAVIVS SCORPVS VICTOR . II . XLVIII. ET POMPEIVS
MVSCLOSVS VICTOR . III. Ƀ LVIIII . TRES AGITATORES VICTO-
RES . V̄I. Ƀ CXXXII . AD HS . L . VICERVNT . XXVIII. ——— EMINEN
TISSIMVS VICTOR ∞ CCCCLXII . L . VICIT . XXVIIII. NOBILISSI
MO TITVLO DIOCLES NITET . CVM FORTVNATVS FACTIONIS
PRASINAE IN VICTORE TVSCO VICTOR .CCCLXXXVI . L . VICIT .
.IX . DIOCLES VICTOR . C . I . III . VICIT . X . LX . I . NOVIS COACTIO
NIBVS ET NVMQVAM ANTE TITVLIS SCRIPTIS DIOCLES EMI-
NET QVOD VNA DIE SEIVGES AD HS . XL . MISSVS BIS VTRASQVE
VICTOR EMINVIT . ADQVE AMPLIVS ——— SVIS QVIBVS SEPTEM
EQVIS IN SE IVNCTIS NVNQVAM ANTE HOC NVMERO EQVO
RVM SPECTATO CERTAMINE AD HS.L.IN ABIGEIO VICTOR EMI
NVIT . ET SINE FLAGELLO ALIS CERTAMINIB . AD HS . XXX . ———
CVM VICTOR ESSET. HIS NOVITATIBVS DVPLICI ORNATVS EST
GLORIA.INTER MILIARIOS AGITATORES PRIMVM LOCVM OBTI
NERE VIDETVR PONTIVS EPAPHRODITVS FACTIONIS VENETAE.
——— NINI AVG.PII SOLVS VICTOR ∞ CCCCLVXII. SINGVLARVM
VICIT Ƀ .CCCCXI . AD DIOCLES PRECEDENS EVM VICTOR ∞
C̄CCCLXII. INTER SINGVLARES VICIT ∞ LXIIII. ISDEM TEMPO
RIBVS ——— ET VIGIT CCCGXLVII. DIOCLES ERIPVIT ET VICIT Ƀ
.LI. DIOCLES AGITATOR QVO ANNO VICIT . CXXVII. ABIGEIO LV
CIDO POMPEIANO INTROIVGIS TRIBVS VICTOR . C III . INTER
——— EMINENTES AGITATORES INTROIVGIS AFRIS PLVRI-
MVM VICERVNT PONTIVS EPAPHRODITVS FACTIONIS VENETAE
IN BVBALO VICIT . CXXXIII POMPEIVS MVSCLOSVS FACTIONIS
PRASINAE ——— XXV . DIOCLES SVPERATIS EIS IN POMPEIANO
VICTOR.CLII.SINGVLARVM VICIT.CXXXXIIII.AMPLIATIS TITV

D

LIS SVIS COTYNO GALATA ABIGEIO LVCIDO POMPEIANO INTRO IVGIS QVINQ: VITOR .CCCCXLVII SINGVLARVM VICIT. .CCCLXXXXVII.

In domo: D: Caroli Aſtalli.

.C.IVLIVS CAESAR

DVOBVS LIB: LAMIARI QVIRITIALI SALVTEM.

CVM PETIERITIS AME VT SICVT QVID VESTRVM HVMANITVS ACCIDERIT IS IN LOCVM QVI EST IN FVNDO AESCINIANO MEO INTRANTIBVS A VIA PARTE LEVA A MONIMENTO TESTACIO PER LONGITVDINEM PEDVM.CLXXV.LATITVDIN.A MACERIA INTRORSVM PEDVM .XXV. INFERATVR AD IVS CONCEDERE ME HAC EPISTVLA NOTVM VOBIS FACIO BENE VALERE VOS CVPIO.

DATA. XIII. K. IVLIAS IN HORTIS STATILIAE MAXIMAE C. FIRMIO COMMODO ET CIVICA POMPEIANO COS,

SAMIARIS DORYPHORION.

Decretum:

AEDICVLAM ET STATVAS HAS HOSTIAM DEDICATIONI VICTIMAE NATALI AVG. VIII.K.OCTOB. DVAE QVAE. PP. IMMOLARI CONSVETAE SVNT AD ARAM QVAE NVMINI AVGVSTO DE DICATA EST.VIIII.K.OCTOBR.IMMOLENTVR.ITEM NATALI.T. CAESARIS PERPETVAE ACTVRI DECVRIONES ET POPVLVS CENARENT QVAM IMPENSAM.C.CASELLIO LABEONE IN PERPETVO POLLICENTI VT GRATIAE AGERENTVR MVNIFICENTIAE EIVS EOQ.

NATALI VT QVOTANNIS VITVLVS IMMOLARETVR ET VT NATALIBVS AVGVSTI ET TI. CAESARVM PRIVSQVAM AD VESCENDVM DECVRIONES IRENT THVRE ET VINO GENITI EORVM AD EPVLANDVM ARA NVMINIS AVGVSTI INVITARETVR: ARAM NVMINI AVGVSTO PECVNIA NOSTRA FACIENDAM CVRAVIMVS: LVDOS EX IDIBVS AVGVSTIS DIEBVS SEX INFACIENDOS CVRAVIMVS NATALI AVGVSTAE MVLSVM ET CRVSTVLA MVLIERIBVS VICANIS AD BONAM DEAM PECVNIA NOSTRA DEDIMVS.

ITEM DEDICATIONE STATVARVM CAESARVM ET AVGVSTORVM MVLSVM ET CRVSTVLA PECVNIA NOSTRA DEVOTIONIBVS ET POPVLO DEDIMVS: PERPETVOQVE EIVS DIE DEDICATIONIS DATVRO NOS TESTATI SVMVS. QVEM DIEM QVO FREQVENTIOR QVOT ANNIS SIC SERVABIMVS. VI. IDVS MARTIAS QVA HIC TI. CAESAR PONTIFEX MAXIMVS FOELICISSIME EST CREATVS.

¶ Sempron: Test.

. D . . O . . M .

. L: MALLIO ET . Q . TORQVA- TO COS.

SENPRONIVS TVCIDANVS TESTAMEN. IVR. MIL. QVOD IPSE FACIO .LL .ABESTO OB POENVM ITALIA PVLSVM FVND. BALEARES SENATVI. P. Q. R. D. D. AVRELIVS TVCIDANVS TACITAM PECV. SI VIA LAT. OSS. MEIS RE. MONVMENTVM SVO SVNT. EDIFICAVERIT HABETO. HERMETI LIB. AVG. VIND. MA. AVR. EX. D. DA. SVNT LYCIE AGRESTI VXO. BENEME. MVNDVM MVLIEB, QVE VE. E. CA. PA. D. L. CAIVS. TVCIDANVS QVOD PVPILLAM CVIVS IVSSV MEO. CV. GE. CONTRA DECRETVM AMPLISS. ORD. VXO. D. EX. ESTO. DODRANT. LVCIO CELSO TESTAMENT. QVOD E SAPHO SCRIPSERAM ADI. PAMPHILO VICARIO PECV. TI. INSTRVMENT. RVSTI. QVOD EPIRO PARAVER. LIBER VE HERED. DA SVNTO FILIIS SI NEPOTES MIHI NON FECERINT MARCELLVS TVCIDANVS EXDAM. SVNT. COHI. HERED. QVE. LEGO/O/ESTO.

CAPVT .XII.

Breuiarium reꝝ geſtaꝝ. L. Sicinii Dentati.

. L . SICINIVS DENTATVS TRIB . PL . CEN/
TIES VICIES PRAELIATVS OCTIES EX PROVO
CATIONE VICTOR . XLV . CICATRICIBVS AD
VERSO CORPORE INSIGNIS NVLLA INTER
CO IDEM SPOLIA COEPIT . XXXIIII . DONA
TVS HASTIS PVRIS . IIXX . PHALERIS . XXV .
TORQVIBVS . III . ET . LXXX . ARMILLIS .
. CLX . CORONIS . XXXV . CIVICIS . XIII . AV/
REIS . VIII . MVRAL . III . OBSIDIONAL . I . FI
SCO AERIS . X . CAPTIVIS . XX . IMPERATO
RES . VIIII . IPSIVS MAXIME OPERA TRIVM
PHANTES SECVTVS.

In honorem Q . Fabii Maximi.

.Q .FABIVS MAXIMVS DICTATOR BIS COS . V . CENSOR INTER REX . II . AED . CVR/ . Q . II . TRIB . MILITVM PONT . AVGVR . PRIMO CONSVLATV LIGVRES SVBEGIT EX HIS TRIVMPHAVIT TERTIO ET QVARTO HANNIBALEM CVM PLVRIBVS VICTORIIS FEROCEM SVBSEQVENDO COERCVIT DICTATOR MAGISTRO EQVITVM MINVCIO CVIVS POPVLVS IMPERIVM CVM DICTATO RIS IMPERIO AD EQVAVERAT EXERCITVI PROFLIGATO SVBVE NIT ET EO NOMINE AB EXERCITV MINVTIANO PATER APPEL LATVS EST CONSVL QVINTVM TARENTVM COEPIT TRIVMPHA VIT DVX AETATIS SVAE CAVTISSIMVS ET REI MILITARIS PRAE STANTISSIMVS HABITVS EST PRINCEPS IN SENATV DVOBVS LV STRIS FACTVS EST.

PRESTANTIVM ROMANORVM. XIX

❡ In conmendatonem . L .
Metelli.

. S . P . Q . R .

L. METEL .PONT . II . COS. DIC . M . EQ . XII . V . AVG. VND. QVI PRIMVS ELEPHANTO EX PRIMO PVNICO BELL . DVX IN TRIVMPHO PRIMARIVS BELLATOR OPTVMVS ORATOR FORTIS SIMVS IMP . AVSPICIO. SVO MAX . R . S . C . MAXIMO VSVS HO/ NORE SVMMA SAPIANTIA MAX . S. N . PARTAM EX AEQ. PECV NIAM MAG . SINGL . RELIQVIT TRIBVIT CLARISS . IN CIVI TATE FVIT ET VT QVOTIES INSIGNITVM IRET AD CVRRVM VEHERETVR AD CVRIAM QVOD A CONDITO AEVO NVLLI ALII CONTIGIT.

❡ Inſcriptio ex tropeo Opitergii.

: D. OCT . AVG.
IMP . CAES . D . F . AVG PONTIF . MAX .
IMP . XIII . TRIB . POT . XVII .

. S . P . Q . R .

QVOD EIVS DVCTV AVSPICIISQVE GENTES ALBINAE OMNES/ QVE A MARI SVPERO AD INFERVM PERTINEBANT SVB IM PERIVM PO . RO . SVNT REDACTAE .

❡ Ex tabula ærea Romæ.

PAVLVS AIMILIVS IMP . MACEDONIAM TERRARVM IMPERIO POSITAM COEPIT CVIVS VNO DIE . LXXII . VRBES VENDIDIT ETIAM INDIAE VICTOR PER VESTIGIA LIBERI PATRIS ATQVE HERCVLIS ROMANA SIGNA CIRCVM TVLIT .

CAPVT . XIII.

Epithaphia ſingularum Regionum antique &noue Vrbis:ſed ea que in antiquis Regionibus ſunt ponemus in. VII. Montibus Vrbis & in locis adiacentibus & præcipue in Templis ubi plurima reperiuntur. Ac patet de Tarpeio Monte dicendum.

In capitolio prope caput Aeneum.

IMP. CAESARI DIVI TRAIANI PARTHICI FIL. DIVI NERVAE NEPOTI TRAIANO HADRIANO AVG. PONTIF. MAXIMO TRIBVNIC. POTESTAT. XX. IMP. II. COS. III. P. P. MAGISTRI VICORVM VRBIS REGIONVM. XIIII.

Ibidem poſt.

.M. CALPVRNIVS. M. F. PISO FRVGI PR. EX. S. C. FACIVNDVM CVRAVIT EIDEMQVE PROBAVIT IMP. CAESAR DIVI NERVAE. F. NERVA TRAIANVS AVGVSTVS GERMANICVS DACICVS PONTIF. MAXIMVS TRIB. POTEST. XII. IMP. VI. COS. V. P. P. OPERIBVS AMPLIATIS RESTITVI.

Ibidem iuxta porticum Conſ.

OSSA

NERONIS CAESARIS GERMANICI CAESARIS. F. DIVI AVG. PRO. N. FLAMIN. AVGVSTALIS QVAESTORIS.

¶ Ibidem.

OSSA

AGRIPPINAE . M : AGRIPPAE DIVI AVG . NEPTIS VXORIS GERMANICI CAESARIS MATRIS . C . CAESARIS AVG . GERMANICI PRINCIPIS.

¶ Ibidem prope manum Aeneam.

MP. CAESARI VESPASIANO AVG. PONT. MAX. TR. POT. III. IMP. IIX. P. P. COS. III. DES. IIII.
S . C .
QVOD VIAS VRBIS NEGLEGENTIA SVPERIOR. TEMPOR. CORRVPTAS INPENSA SVA RESTITVIT.

¶ Ex marmore effoſſo in templo Herculis iuxta Scholam Graecam & Circum Max. & tranſlato in Capitolium in domum Conſeruatorum.

DEO HERCVLI INVICTO.
C. IVL. POMPONIVS PVDENS SEVERIANVS. V. C. PRAEF. VRB.

¶ Ibidem.

HERCVLI INVICTO.
M. CASSIVS. HORTENSIVS. PAVLINVS PR. VRB. XV. VIR. SACRIS FACIVNDIS DONVM DEDI.

¶ Ibidem.

DEO HERCVLI INV.
M. IVN. CAESONIVS NICOMACHVS ANICIVS FAVSTVS PAVLINVS. C. V. P. V. D. D.

Ibidem in lapide quadrato omni parte ſcripto in prima parte ſic:

HERCVLI INVICTO.
T. FLAVIVS IVLIANVS QVADRATIANVS. V. C. PR. VRB.
XV. VIR. S. F. DONVM DEDIT.

In ſecunda parte ſic:

DEO HERCVLI.
M. NVM. M. IO. CEIONIO ANNIO ALBINO PRAETOR VRB.
AN. V. C. DEDICANTE.

In tertia parte ſic.

DEO HERCVLI.
IVL. FESTVS. V. C. PR. VRB. ANN. DD.

In ultima parte ſic:

HERCVLI INVICTO.
POMPEIVS APPIVS FAVSTINVS. V. C. PR. VRB. N. D. D.
FELICITER.

Ibidem in alio rotundi lapidis fragmento ſunt hi uerſus: quorum finis ſingulis deeſt aliquid.

HERCVLES INVICTE CAVTIVS HOC TVO DONV
NVMINI SANCTO DICAVIT PRAETOR VRBIS
CVM PIA SOLEMNE MENTE RITE FECISSE
TRADIDISTI QVOD PRO POTITIIS EVANDREO
ADMINISTRANDVM QVOD ANTIIS HIC ADE.

VOTA:

Ibidem In Cypho Palladis:

PONTIFICVM VOTIS ANNVANT DII ROMANAE REIP. ARCANAQVE MORBIS PRAESIDIA APOLLINIS IVSSV SVMMA CVM VENERATIONE EX HOC PALLADIS CYPHO SACRAMENTA LIBARVNT ANNVANT QVORVM NVTV ROMANO IMPERIO REGNA CESSERE.

¶ Ibidem ex alio latere:

VIRTVS GENVS PRIMVM CONCILIARE HOMINVM MENTES PRI VATAS REIP. FORE EXTEROS PRIMVM LEGIBVS DE HINC AR MIS COMPESCERE.

¶ In Capitolio:

HERCVLI VICTORI POLLENTI POTENTI INVICTO
. D . D . L . M .

.C. VLPIVS FRONTO VIATORQVE DEDIC. III. K. IVL.
.L. VETTIO PAVLLO
.T. IVNIO MONTANO COSS.

¶ Ibidem:

DOMINO SOLI. V.S. TI. CLAVDIVS AMERINVS LICTOR CVRIATVS.

DEO SOLI INVICTO . P . POMPONIVS CLYTVS EXVOTO.

SILVANO SANCTO SACRVM . PHILOMENON SCANTI HERCVLI BRI . D . D .

IOVI O . M . DOLYCHENO . L . FRONTINVS NIGRI NVS ARAM POSVIT . L . M .

L . MINVCIVS SINECDEMVS AEDICVLAM HERCVLIS COLLE GIO . D . D .

¶ In fundamentus Capitolii ubi ſunt Salinæ:

Q . LVTATIVS . Q . F . Q . CATVLVS COS.
SVBSTRVCTIONEM ET TABVLARIVM DE . S . S.
FACIVNDVM CVRAVIT.

¶ In palatio Senatoris.

D M

IVLIAE. Ↄ. LIB. HELPIDIS VIXIT ANN. XVI. MENS. VIIII. DIES DVO IVLIA IRENA FECIT VERNAE SVAE CARISSIMAE BENEMERENTI ET SIBI SVIS LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM ET FLORO VIRO EIVS LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EIVS.

¶ Prope portam Aræ cœli uerſus Capitolium.

LOCVS SACER IVSSV. Q. BATONI TELESPHORI FECIT. Q. BATONIVS ONESIMVS PATRONO PIO VIXIT ANNIS LXXX. INTEGER INTEGROS.

¶ Ibidem prope Obeliſcum.

EVHODI DIVI AVG. L. LIBERTAE. VIX. ANN. XXIII. C. CALVIVS LOCVS CONLIB. CONIVGI.

¶ Imbidem.

DEO CAVTE:

FLAVIVS ANTISTIANVS. V: E: DEDECEM PRIMIS PATER PATRVM.

¶ In Ara Cœli:

ANNONAE SACTAE.

HAELIVS VITALIO MENSOR PERPETVVS CORPORIS PISTORVM SILIGINIANORVM. D. D.

¶ Ibidem.

DIS MANIBVS:

M. METILIVS TROPHIMVS ET METILIA SYMPHERVS PARENTI DVLCISSIMO NVMERIA. M. VALERIA TROPHINA FILIO DVLCISSIMO ET PIENTISSIMO ET FRVGALISSIMO VIXIT ANNIS XXIX. MENS. VIIII. DIEB. XVI. HORIS VII.

¶ Ibidem:

DIS MAN.
.L.PLOTIAE VNI EX TESTAMENTO
ITA VTI CAVIT
LIBERTI IDEMQVE HEREDES
POSVERVNT.

¶ Ibidem.

DIS MANIB. SACRVM.
L. SESTI EVTROPI SIBI ET SVIS CVIVS MONVMENT. EST.

¶ Ibidem.

L.VOLVSIO VRBANO NOMENCLATORI CENSORIO

¶ Ibidem:

D I S M A N.
. M. APVSCEI AERMES ET LVCRETIAE EIVS EX TESTAMENTO
ATTIVS PLHEION . N . IVNIVS CHRESTVS VELLEIA THALASSA.

¶ Ibidem:

DIS MAN.
QVINTILIAE HEDIAE VIX . AN . IIII . M . X .
THEODORO PATRI VIX . A . XXXV .
QVINTILIA PACATA FILIAE ET VIRO BENEMERITO FECIT.

¶ Ibidem:

.D:M.

L. CAESIVS HILARVS ET SEX. CASSIVS HILARINVS FEC. CAESIAE
GERMANAE DE SE BENE MERENTI
ET LIBERIS SVIS LIBERTIS LIBERTABVS QVE POSTERIS
EORVM.

¶ Ibidem:

DIS MANIBVS:
IVALIAE SPROGIDI FECIT SEX. POMPEIVS NYMPHE
ROS CONIVGI SVAE.

¶ Apud Matellum Coruorum.

C. POBLICIO. L. F. BIBVLO AED. PL. HONORIS
VIRTVSQVE CAVSSA SENATVS
CONSVLTO POPVLIQVE IVSSV LOCVS
MONVMENTO QVO IPSE POSTEREIQVE
EIVS INFERRENTVR PVBLICE DATVS EST.

¶ Prope. S. Laurentiolum in uia publica.

.D. .M.

IVLIO IVLIANO EVOK. AVG. DOMO SEPTAQ. VICE. EX PANNO
NIA INFERIORE IVLII. SERENVS ET IVLIANVS FILI HEREDES PA
TRI KARISSIMO. B. M. F. C.

¶ Ibidem:

. D . M .

TICI HERMETIS. Q. V. A. LXXI. M. VIIII. D. XV.
SE VIBO FECIT.

¶ Ibidem in horto dictę ecclesiæ.

.D.M.

Q. VIBIVS HILARIANVS. Q. VIBIO PAEDEROT. ET VIBIAE SICE
NI PARENTIBVS SVIS . B . M . F . C .

¶ In. S. Hadriano.

T. CLAVDIVS LEMNIVS DIVI CLAVDII AVGVSTI LIB.
A S T V D I I S.

¶ Ibidem.

MEMORIAE . P . AELIO OLYMPIAN.
QVI VIX. .A. .XVI. .M. .II. .D. .XI.
RELICTA MATRE INFELICISIMA.

¶ Ibidem.

. D . M .

TI. CL. THALLVS PRAEPOSITVS VELARIORVM DOMVS AVGV
STIANAE FEC. SIBI ET FILIIS SVIS. L. L. POST. EORVM.

¶ In. S. Sergio & Bacho.

. D . M .

M. IVNIO EPIGONO CHRESTVS LIB. PATRONO. B. M. DE SE.

¶ Ibidem.

DEIS ET GENIO RHODONIS DOMITIAE AVG. SER. EXACTOR
HERED. LEGAT PECVLIOR.
VIX. ANN. .P. .M. .XXIIII.
RHODINVS FRATRI OPTIMO PIISSIMO ET GEMINO SIBI FECIT.

¶ Ibidem prope puteum.

.D. .M.
ACILIAE OLYMPIAE. P. VERNIVS AXIANVS
CONIVGI . B . M . F .

¶ Ibidem.

.D.M.

MITLIA METORINAE PATRONAE

.B.M.L.

MITTIVS AVGVNIVS.

¶ Ibidem.

.D.M.S.

M. NVMVSCVLEI METROBI ET

NVMVSCVLEIAE MYTALES.

¶ Sub Capitolio nuper ni effoſſo marmore apud triumphalem Arcum .L. Septimii Imp.

GENIO

EXERCITVS QVI EXTINGVENDIS SAEVISSIMIS LATRONIBVS FIDE ET DEVOTIONE ROMANA EXPECTATIONI ET VOTIS OMNIVM SATISFECIT.

¶ Ibidem.

IVLIVS CAESAR DEO SOLI INVICTO ALTARE.

¶ Ibidem.

AVGVSTORVM ANNALIA FELICITER.

¶ Ibidem.

VICENNALIA IMPERATORVM

¶ In eccleſia: S: Mariæ de gratiis:

DIS MANIBVS.

LVSIAE GLAPHYRAE VIXIT ANNIS . XXXIIX . TI . CLAVDIVS FAVSTVS CONIVGI OPTIMAE ET BENE DE SE MERITAE CVM QVA VIXIT ANN . XIIX , MENSE . DIEB . XXIIII , SINE VLLA QVERELA FECIT ET SIBI.

¶ In Aede Conſolationis:

. D . . M .	. D . . M .
CL . FESTAE CONIVGI . B . M . FEC . SECVNDVS CAES . N . LIBO/FEMON .	. M . VLP . SECVNDO NVMMVLARIO OFFIC . MONETAE .

¶ In porticu: S . Georgii in Velabro.

TEMPORIBVS CLAVDII TIBERII FACTA HOMINVM ARMIGERORVM OSTENTATIONE ROMAE SEPTIES DECIES CENTENA MILIA LXXXX . XLVII . MIL.

. C . L . C . AVGVSTI ORBEM TERRARVM NOSTRIS ARMIS NOSTRAQVE VIRTVTE PERDOMITVM AD VNAM TANDEM REDEGIMVS MONARCHIAM.

¶ Prope Capitolium in una Eccleſia in marmore fracto:

P . MARTIVS VERVS . IMP . COMMODO . VI . ET PETRONIO SEPTIMIANO COS . A . V . C . P . R . C . DCCCCXI . KA . DEC . IN PALATIO IN AEDE IOVIS PROPVGNATORIS IN LOCVM . M . VERI . L . ATTILIVS CORNELIANVS COOPTATVS TI . SATVRNINO . C . GALLO COS . A . V . C . P . R . C . DCCCCL . PR . EID . DEC . IN PALATIO IN AEDE IOVIS PRO

PVGNATORIS IN LOCVM ATTILI CORNELIANI VITA FVNCTI CL. PATERNVS COOPTATVS TI. SEVERO .C. AVFIDIO VICTORINO COS. A. V. C. P. R. C. DCCCCLII. IIII. EID. APR. IN PALATIO IN AEDE IOVIS PROPVGNATORIS IN LOCVM CLAVDI PATERNI VITA FVNCTI ATERIVS COLONIVS COOPTATVS SALVIS DOMINIS NOSTRIS.

VOTO SVSCEPTO PRO SALVTE IMP. CAESARIS. M. AVRELI ANTONINI AVG. PII FELICIS SEX. POMPEIVS PRIMITIVVS CVM. M. VIRRIO STRVTTO FIL. COLVMNAS CVM EPISTILLIO DEO MAGNO SERAPI IN INTROITVM EXORNAVERVNT.

¶ In lapide prope Capitolium.

VESPASIANO AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. IMP. XVII. P. P. COS. VIII. DESIG. IX. CENSORI CONSERVATORI AEDILIVM PVBLICARVM ET RESTITVTORI AEDILIVM SACRARVM. SODALES TITI. P. MARTIVS VERSVS.

¶ DE PALATINO MONTE.

¶ In Aede. S. Coſmę & Damiani.

D. M.

ANTISTIAE OBSECRATIONI FECIT ANTISTIA FLORENTINAE ET THALAMIS CAESARIS ET SCANTIA PRIMITIVA PARENTES EIVS SIBI ET SVIS POSTERISQVE EORVM VIX ANN. XII. MENS. VI. DIEB. XXX.

¶ Ibidem.

D. M.

AVR MARCIANO. PP. EX COH. III. PREF. QVI VIX. ANN. LXX. M. IIII. AVR SALVIANVS. F. ET. H. PAT. DVLCISSIMO POSVIT.

¶ Ibidem.



¶ In quodam marmore ante
ipſam Eccleſiam.

FABIVS TITIANVS . V . C . CONSVL PRAEF . VRBIS CVRAVIT.

¶ Ibidem prope.

TI . FABIVS TATIANVS . V . C . CONSVL . P . PRAEF . VRBI CVRAVIT.

¶ In S. Maria Noua.

DIS MANIBVS.
L . VOLVSIVS EVTROPVS
FECIT SIBI

¶ Ante : S. Mariam nouam ubi dicitur *Simon magus*.

ASTALLIVS INNOCENTIVS AVDAX. V. C. PRAEF. VRBIS VICE SA
CRA IVDICANS BARBARICA INCVRSIONE SVBLATA RESTI
TVIT.

¶ Ibidem in eccleſia.

DIS MANIBVS.
AVRELIAE FORTVNATAE VIX. ANN. XX.
T. AVRELIVS LEMNIVS VXORI OPTIMAE.

¶ Ad ſeptem Lucernas.

. S . P . Q . R .

IMP. CAES. DIVI ANTONINI FIL. DIVI VERI PARTH. MAX. FIL. DI
VI HADRIANI NEP. DIVI TRAIANI PARTH. PRONEP. DIVI NER
VAE ABNEP. M. AVRELIO ANTONINO AVG. GERM. SARM. PONT.
MAX. TRIB. POT. XXX. IMP. VIII. COS. III. P. P. QVOD OMNES
OMNIVM ANTE SE MAXIMORVM IMPERATORVM GLORIAS SV
PERGRESSVS BELLICOSISSIMIS GENTIBVS DELETIS ATQVE SV
BACTIS.

¶ Ibidem.

LIBERATI AB IMP. NERVA CALARI AVG.
ANNO AB VRBE CONDITA. DCCC. XXX.
. XXXII. XXXIIII. EA RESTITV.

¶ Ibidem.

. S P . Q . R .

CEIONIVM RVFFVM ALBINVM. V. C. COS. PHILOSOPHVS RVFI
VOLVSIANI IVS ORDINARII CONS. FINIVM SENATVS CONSVLTO

SVOQ. EIVS LIBERIS POST CAESARIANA TEMPORA. I. POST ANNOS. CCCLXXX. ET. I. AVCTORITATEM DECREVIT FL. MAGNVS IANVARIVS. V. C. AII. STATVARVM.

¶ Ibidem.

PIETATI AVGVSTAE EX. S. C. QVOD FACTVM EST. D. HATERIO AGRIPPA. C. SVLPITIO GALBA COS. TI. CLAVDIVS CAES. AVG. GERMANIC PONT. MAX. TRIB. POT. III. COS. III. IMP. III. P. P. DEDICAVIT.

¶ Ibidem.

LOCVS ADSIGNATVS A NIGRO ET CASTONIANO CVR. OPERVM PVBLICORVM.

¶ Ibidem.

TI. CLA. DRVS. F. CAES. AVG.
GERM. PONT. MAX. TRIB. POT. V.
COS. III. DESIG. IIII. IMP. X. P. P.
EX. S. C.
. C. CALPETANVS STATIVS:
SEX METRORIVS: M. PERPENNA LVRCO
. T. SARTIVS DECIATVS CVRATORES
TABVLARIORVM PVBLICORVM
FAC. CVR.

¶ Sub palatio iuxta circum max. in marmore effoſſo hoc repertum Epitaphium.

IMP. CAESAR DIVI ANTONINI MAGNI PII FIL. DIVI SEVERI, PII NEPOS. M. AVRELIVS SEVERVS ALEXANDER PIVS FELIX AVG. PONTIF. MAX. TRIB. POT. IIII. COS. P. P. RESTITVIT

¶ In Circo Maximo;

. S . P . Q . R .

IMP. TITO CAES. DIVI VESPASIANI FILIO VESPASIANO AVG. PONT. MAXIMO TR. POT. X. IMP. XVII. XIII. P. P. PRINCIPI SVO QVI PRAECEPTIS PATRIAE CONSILIISQ. ET AVSPICIIS GENTEM IVDEORVM DOMVIT ET VRBEM HIEROSOLYMAM OMNIBVS ANTE SE DVCIBVS REGIBVS GENTIBVS AVT FRVSTRA PETITAM AVT OMNINO INTENTAM DELEVIT.

¶ DE AVENTINO MONTE.

¶ In. S. Alexio.

IN HONOREM DOMVS AVGVST. T. CLAVDIVS SECVNDVS COACTOR CVM TI. CLAVDIO TI. Q. VIR. SECVNDO FVLATORIBVS. III. VIR. ET. IIII. VIR. SCHOLAM CVM STATVIS ET IMAGINIBVS ORNAMENTISQVE OMNIBVS SVA IMPENSA FECIT.

¶ Ibidem

VMBRICIÆ SEVERÆ VENVSTI.

¶ Ibidem.

C. PLOTIO SALVIO PATRONO. C. PLOTIO. C. L. SALVIO. C. PLOTIO SALVIO. L. PLOTIAE. C. C. L. HELENAE CONLIB. ARBITRATV. C. PLOTI. SALVI LIB. EX TESTAMENTO HS. II. C. PLOTI SALVI PATRONI SIBI ET. C. PLOTIO SALVIO PATRONO ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM.
ET AMPLIVS IN EO MONVMENTO IMPENSA ADIECIT DE SVO HS. VI. ET PLOTIAE. C. L. TERTIAE.

¶ Imbidem.

C.VECTIO.C.F.COL NIGRO DOMO ANTIOCHIA SYRIA VETERANO
LEG.XII. FVLMINAT. MILITAT. ANN. XXXVI.
VIXIT ANN. LVII.
EX TESTAMENTO.

¶ Ibidem in honorem Aug.

TI.CLAVDIVS SECVNDVS COACTOR CVM TI. CLAVDIO TI. Q VIN.
SECVNDO.F. VIATORIBVS.III. VIR.ET.IIII. VIR.SCHOLAM
CVM STATVIS ET IMAGINIBVS ORNAMENTISQVE OMNIBVS
SVA IMPENSA FECIT.

¶ Ibidem:

IOVI OPTVMO MAXIMO
DOLOCHENO.T. FLAVIVS COSMVS IVSSV DEI
FECIT.

¶ In : S : Maria in monte Auentino:

.D. .M:

MARIAE AMPLIATAE.C.MARIVS HELENI.L. EPAPHRODITVS FE
CIT COLLIBERTAE ET CONIVGI BENEMERITI ET SIBI.

¶ Ibidem:


FVRIAE SABINIAE TRANQVILLINAE SANCTISSIMAE AVGVSTAE
CONIVGI DOMINI.N.M.ANTONI GORDIANI PII FELICIS IN-
VICTI AVGVSTI DECVRIALES AEDILIVM PLEB.ET PLEB.CERIA
LIVM DEVOTI NVMINI MAIESTATIQ.EORVM.

¶ Ibidem:

.D.M.

PECVVIAE SPERATAE VXORI.M.VLPII AVG.LIB.ARGAEI QVAE
VIX.CVM EO ANN.XXXVII.FECERVNT PACVVII DVO ILIGIA
ET PROCVLVS MATRI PIENTISSIMAE ITEM SIBI ET LIBERTIS
SVIS LIBERTIS LIBERTABVSQVAE POSTERISQVE EORVM.

Ibidem.


M.AEMILIVS. M.F.IANVARIVS CA
TILIAE MARCIANAE COIVGI IN
COMPARABILI DVLCISSIMAE PI
ENTISSIMAE CASTISSIMAE: Q VE
VIXIT ANNIS. XXXII. MENS. VI.
DIEB. V. ET CVM Q VA VIXI ANN.
XIII. CVM MAGNA DVLCITVDI
NE SOMNO AETERNALI SACR
VM FECER. ET FIL. M. AEMILIVS
ACATHEMER ET .M. AEMILIVS
MARCIANVS ET AEMILIA INGE
NVA Q VAE ET MARCIANAE MA
TRI PIENTISSIMAE DVLCISSI
ME SANCTISSIME.
ουχι τεκουσαουδεισ αλλατισ·
SOMNO AETERNALI SACRVM
FECERVNT LIBER. LIBERTABVS
Q VE POSTERISQ. EORVM.
INVIDE Q VID GAVDES ILLA HIC
MIHI MORTVA VIVET:
ILLA MEIS OCVLIS AVREA SEM
PER ERIT.
ET .Q.Q. MVCI EVTACTI ET IVLIANI LIB. LIBER
TABVSQ VE POSTERISQ VE EORVM.

℄ In pauimento eccleſiæ . S . Sabinæ.

OC.TA. VIAE .MA.TRONAE.
VI.DV .AE:DE.I.

℄ In eodem monte.

IVPITER OPTIME MAXIME QVANDOQVE TIBI ODIE
HANC ARAM DABO DEDICABOQVE OLLIS LEGIBVS
OLLISQVE REGIONIBVS QVAS HODIE PALAM
DIXERO VTI INFIRMVM SOLVM ARAE EST SIQVIS
HIC HOSTIA SACRVM FIXIT QVOD MAGNETVM NE
PRO TOLLET ICCIRCO TAMEN PROBE FACTVM ESTO
CAETAERAE LEGES HVIVS ARAE EAEDEM SVNTO:QVAE
CVRAE DIANAE SVNTO IN AVENTINO MONTE DICTA
HIS LEGIBVS HISCE ROGATIONIBVS SICVTI DIXI
HANC TIBI ARAM O MAXIME DO DEDICOQVE VTI
SIS VOLENS PROPITIVS MIHI COLONISQVE MEIS: DECV
RIONIBVS COLONIS INCOLIS COLONIAE MARTIAE IVLIA
SOLONE CONIVGIBVS LIBERISQVE NOSTRIS.

℄ In Horto . S . Sabe.

AELIAE ARTEMISIAE VIXIT ANNIS . XVI . MENSIBVS . V . DIEBVS
. IX . EVPORVS ET PETRONIA PARENTES . F.

℄ Ibidem prope puteum.

SEXTILIVS DEMETRIVS HAERMAE ET
FANNIAE VICTORINAE LIBB.

℄ In Aede . S . Priſcæ

SIC PIA SIC FOELIX SIC QVOD TIBI VITA BEATA.
CONTIGIT: ET CVNTIS AVXILIANS BONITAS.
NOS TAMEN HIC CRVCIAT DOLOR ANXIVS ET PIA CVRA
QVOD TE FESTINANS APSTVLIT ATRA DIES.
NVMINA NVNC INFERNA PRAECOR PATRI DATE LVCOS
QVIS EST PVRPVREVS PERPETVVSQVE DIES
QVOD CERTE HIC MERVIT, CVNCTAST DATA CVRA SEPVLCHRO
EXTRVXERE FAVI DE SICVLIS APIBVS.

¶ Ibidem.

.D. .M.

C. TR. AVSIO LVCHRIONI.

TR. AVSIVS PARIS TR. AVSIAE ANGE LIB. PAT. OP.

.B. .M.

¶ In Sancta Balbina:

DIS MANIBVS:

TI. CLAVDIVS ONESIMVS STRVCTOR FECIT.
IVLIAE POTITAE CONIVGI SVAE ET
CLAVDIAE ONESIMAE FILIAE SVAE
VIX. AN. III. MENSIBVS. II.
ET SIBI POSTERISQVE SVIS.

¶ Ibidem.

. D . M .
M. PETRONIO ONESIMO. M. PETRONIVS LVCINIA
NVS PATRI DVLCISSIMO .B.M.F.
QVI VIX. AN. .LXIII. MENS. .II. .D. .II.

¶ Ibidem

C. IVLIVS HIMVS CHRYSEIDI CONV. SVAE
ET SIBI.

¶DE CELIO MONTE.

¶In ſancto Ioanne ante portam Latinam.

. D . . M .
C . FRONTERO EVTYCHIANO
VIX . ANN . XX . D . XXVI .
T . C . FRONTERIVS SATVRNINVS ET
VERRIA MATRONA FILIO
PIENTISSIMO
FECERVNT .

¶Ibidem.

. D . . M .
M . FVRIVS . M . F . COR . RVFVS .

¶Ibidem fragmentum

TRVN . P P P . AELIO R . ASPASI ISIDORI ASPASI ET
EVHODIA FECERVNT SIBI ET SVIS LIBERTI
STERISQVAE AEORVM . H . M . EX . N . RECIP .

¶Ibidem.

AESCVLAPIO DEO . D . D . M . AVRE . . . VENVSTVS VETERAN
. V . C . Q . N . N . EX . . . COH . VIIII , PR .

¶Ibidem.

CINERIBVS HAMILLAE ALPIONIAE QVINTAE ORNATRICI FE
STVS . M . SEPTIMI GALLI DISPEN . CONTVBERNALI . B . M . F . ET SIBI .

¶Ibidem.

L . LVTATIVS . L . LIB . ANTHOCIIVS . VIX . AN . LXX . EX PART . HE
RES MONVMENTI FECIT ATINVS FILIVS .

¶Ibidem.

. D . . M .
C . IVLIO VECTIO AVG . VINDELICVM MIL . FR . LEG . VIII . AVG .
VIXIT ANN . XXIII . MILITAVIT ANN . VI . H . F . C .
F .

¶ Ibidem:

.D. .M.

ARISTO. TI. CLAVDIVS PHILANTVS
COLLIBERTO. B. M. F.

¶ Ibidem:

.D. M.

M. FLAVIO COSMO PROPPAEA VENERIA
CONIVCI
. B. M. FECIT.

¶ Ibidem.

.D. .M.

HERMES AVG. LIB FECIT FELICISSIMAE ALVMNAE BENEMEREN-
TI QVAE VIXIT ANNIS. IIII. M. VIIII. DIEBVS. IIII. HOR. VI.

¶ Ibidem.

DIS MANIBVS SACR.

SYNTÁMO VIX. ANN. XL. IVLIA PHILVSA SOROR FRATRI
CARISSIMO ET THESEVS FIL. PATRI PIO ET
THEMIS CONSERVA FECERVNT.

ocrti: ubi .s. Io: poſitus fuit in bulliend Oleo.

DIS MANIB.

M. VINICI. M. F. SALVI. VIXIT ANN. XXXII. MENS. VI. VINI-
CIA HERIS PATRONEI. C. NIVGI INDVLGENTISS. ET LIBE.

¶ In Sancto Sixto.

.D.M.

C. TERENTIO. C. F. PAL. DEXTRO VIX. ANN. XXIV. M. VIIII. ET
C. TERENTIO. C. L. SEMNO VIX ANN. XXXXV.
TERENTIA. C. L. THALLVSA FECIT FILIO ET CONIVGI KARISSIMIS
ET SIBI.

¶ In Septizonio Seueri prope ſanctum Gregorium.

G. TRIB. POT. VI.
COS. FORTISSIMVS NOBILISSIMVSQVE.

¶ In . S . Gregorio in pariete Cimeterii

FLORVS EGO HIC IACEO. BIGARIVS INFANS
QVI CITO DVM CVPIO CVRRVS CITO DECIDI AD VMBR.
IANVARIVS ALVMNO DVLCISSIMO.

¶ Ibidem in porticu

VITE BALLADI RAPTVM FLEVERE CAMENAE
FLEVERVNT POPVLI Q VOS CONTINET OSTIA DIA
IVLIVS. NICEPHORVS PATER INFELIX FECIT.

¶ Ibidem in eclesia.

. D . M .
DOMITIAE LETVS CN . DOMITIVS AGATHOPVS PATRONAE OPTIMAE.

¶ Ibidem.

.D. .M.
CN . DOMITI PATROCLI DOMITIA LETO CONIVGI OPTIMO.

¶ Ibidem.

PRINCIPI AVG. LIB: H.F.

¶ Ibidem in cimiterio eclesię.

D. M. DECIE TRYPHAENAE FECIT. C. DE
CIVS FAVSTVS LIBERTAE BENEMERENTI.

¶ In porticu . S . Ioannis & Pauli

GRAXIAE ALEXANDRIAE INSIGNIS EXEMPLI
AC PVDICITIAE QVAE ETIAM FILIOS SVOS
PROPRIIS VBERIBVS EDVCAVIT PVDENS AVG.
LIB. MARITVS MERENTI VIX. ANN. XXIII. M.
. II. D. XVI.

¶ Ibidem in pauimento.

OBELIO CONSIITVTO BENEMERENTI
CONIVGI CVM Q VA. C. SEPTIMIA VICTO
RIA ANNIS. XXX. Q VAE VIX. ANNIS. LXI.

¶ Ibidem in eccleſia.

. D . M .

ANICIVS AMNIVS PAVLINVS. V.C. PRAEFECTVS VRBIS REPARAVIT.

¶ Ibidem.

.D. .M.

A.LAELIO APRO.
VIXIT AN. . VII. MENS .X.
A.LAELIO PIETATI
VIXIT AN. . IIII. . M. . V.
A.LAELIVS CRESCES ET
CLAVDIA PIETAS FILIS PIENTISSIMIS
FECERVNT ET SIBI ET SVIS LIB. LIB.
POSTERISQVE EORVM.

¶ Ibidem.

CLAVDIVS. ANTIPATRVS. SIBI. ET. SVIS. ET HEREDIBVS. PRO FILIISQVE. EORVM, FECIT. CLAVDIVS. LL.

¶ IBidem.

.D. .M.

C. IVNIO ME. Q VIR. CAPITOLINO.

¶ In Hoſpitali . s . Thome propinquo.

DIS MANIBVS.
TREBICIAE MELISSAE.

¶ Ibidem in eccleſia.

SOLI INVICTO LARRIVS RVFINVS .D.D.

¶ In ſancta Maria Nauicella in fulcro altaris maioris.

C. IVLIO POSTVMI . L . PHILETO

¶ In . S . Eraſmo prope : S . Stephanum Rotundum.

. D . M .

IMMATVRA QVIES QVOS ABSTVLIT HIC SITI SVNT TRES
MATER CVM PARVIS PIGNORIBVS GEMINIS
POLLIA SATVRNINA PARENS TRIGINTA PER ANNOS
VIXIT: ET ENITVIT DOCTA SONARE MELE
OCTO PVER TYTIVS PROLE CITO RAPTA PHILIPPVS
ET FRATRI TENERO KARIOR VNA SOROR.
AELIA SATVRNINA OBIIT VNO INSVPER ANNOS
NEC SALTVS VITAM PROTVLIT AVT CHOREAE.

¶ In. S. Stephano Rotundo.

.D. .M.

CN. POMPEIO EVCARPO CN. POMPEIVS ZMARAGDVS PATRONO OPTIMO BENEMERENTI FECIT.

¶ Ibidem

AELIVS IVLIVS EVSEBIVS ET VLPIA VICTORINA VIRI FECER. SIBI ET LIB. SVIS ET LIB. LIB. EORVM PRS. Q. SVIS.

¶ Ibidem:

COINTO AVG. LIB. AFRVM MINISTRAT.
QVI. V. A. LXX. M. V. D. XV.
ALX. AVG. LIB. NVTRITORI SVO. B. M. POS.
PALLADI TYTE.

¶ Ibidem:

.D. M. S.

PIETATI ET MEMORIAE VETIAE MARCELLINAE FILIAE SVAE VIXIT ANN. VI. M. II. D. XII. SEPVLCRVM ARAM SIGNVM MARMORVM FECERVNT. M. VETIVS TROPHIMVS PATER ET VETIA IANVARIA MATER ET SIBI ET SVIS.

¶ Ibidem:

.D. .M. .S.

FLAC. CN. F. GEMELL. VIXIT. ANNIS. III. D. XXVII.

¶ Ibidem:

πατηρ χαιρε

.D. .M. .S.

AVREL. DIOGEN. ET SACERDOTI VENEMERENTI FECIT AVRELIA CAENIS CONIVX CONOVEM VIX. ANNIS. XXX.

¶ Ibidem.

.D. .M.

M. HIERONT. VIX. ANNIS. LXXXII. MENS. IIII. DIEBVS. XXII. PARENTI PIENTISS. FECERVNT. M. CORNELIVS FI. F. SATVRNINVS. T. LEG. II. AVG. ET. M. CORNELIVS FI. F. IVLIANVS FILII PIISSIMI ET IVLIA HIEROPHILA.

¶ Ibidem.

.D. .M. .S.

AVRELIAE ZOSIMAE AVRELIVS PRIMITIVVS AVRELIA SEVERA ALVMNAE SVAE BENEMERENTI PIENTISSIMAE FECER. VIX. AN. VI. MENS. III. DIEBVS. X. HOR. VIIII. SACR.

¶ In eccleſia . S . iiii . Coronatorum.

EILIOLAE FILIAE DVLCISSIMAE
QVAE VIXIT ANNIS DVOBVS MENSIBVS .III. DIE .I.
SYRIARDES ET FELICISSIMA PARENTES
BEN . MER .
FILIOLA SIT TIBI TERRA LEVIS.

¶ Ibidem.

.D.M.
EPICHRANO FILIASTRO .M. ANTONIVS HERMERO
SVO . B . M . F .

¶ In ueſtibulo . S . Clementis prope puteum.

.D. .M.
T . AEL. AVGG . LIB . PROBO .
QVI VIXIT ANNIS . XVIIII . DIE VNO
FILIO DVLCISSIMO . T . AEL. AVGG . LIB .
FELICIANVS PATER INFELIX.

¶ In pauimento eiuſdem eccle. prope altare maius

CL. ALEXANDRIAE QVAE VIXIT ANN. LXV. MENS . III DIEBVS .X. TI. CL. FAVSTINVS MAMMAE ET PATRONAE POSVIT BE/NE MERENTI.

¶ Ibidem.

.D. .M.
SABINO AVG. LIB.
QVI VIX. AN. XVII. M. X. D. XX. ET
AVGVSTALI AVG. Ñ. VERN.
QVI VIX. AN. XX. D. XXII.
FRATRIBVS. B.M.

Ibidem in pauimento.

DIS MANIBVS.
MENNEIA LESBIA
FECIT
SIBI ET
POSTERISQVE SVIS.

Ibidem.

.D. .M.
LVS. FAVSTINA FECIT
BENEMERENTI
Q. LESIO SEVERIANO
CONIVGI SVO
QVI VIXIT ANNIS
.XXVI.

Ibidem in urna aquæ benedictæ

DIS MANIBVS.
C. B[illegible]ICI
PREPONTIS
PATER FILIO
PIISSIMO FECIT
VIXIT ANN. XI.
MENSES .XII.

In Eccleſia. S. Marcellini & Petri

Q. PROPERTIVS SECVNDVS FECIT SIBI ET PROPERTIAE TRY/PHOSAE PATRONAE SVAE BENEMERENTI. ET PROPERTIAE DY/NAMAE ET CONTVBERNAE.

Prope Arcum formæ in paruo ſacello iuxta Hoſp. Later.

M. COELIO DIONYSIO LICTORI PATRI OPTIMO. C. COELIVS SE/CVNDVS > .F.

In antiquo ſuggeſto Later. ppe equū Eneū

CALPVRNIA ANTHIS FECIT
DEXTERA FAMA MIHI FVIT ET FORTVNA PATRONA
MAGNIFICI CONIVNX CAESARIS ILLA DEI.
QVA BENE TVTVS ERAM: CARIS NEC VILIS AMICIS:
QVIS ETIAM MECVM PLVRIMA CVRA FVIT.
ANTHIVS CAVSA MEAE VITAE: QVAE CARA SEPVLCHRO
CONDIDIT OSSA SVO NOMINOR IKADIVM.

¶ In introitu Hoſpitalis Lateranenſis a dextris.

.D.M.

HERMETIAE SEVERIANO PVBLICO PONTIFICVM PIA FORTVNA TA CONIVGI . B . M . FECIT .

¶ Ibidem in Atrio in magno ſarcophago.

.D. .M.

P. AVFIDIO ANTONINO VIXIT AN. II. M. III. D. XXIIII. AVP. EVTHICHES FIL. DVLCIS. FECIT TREBIAE SOTERIDI. B. M. F. C. TREBIVS DIADVMENVS.

¶ Ibidem in fornello aquæ coctæ.

.D. M.

Q. ANCHARENIONESIMI CLAVDIA MAGNA CONIVGI SVO BENEMERENTI FECIT.

¶ Ibidem in marmor ubi ſeruatur aqua cocta

.D. .M.

M. ACILIAE. M. F. IVSTINAE. P. SIRIVS SERPICAMVS MARITVS VXORI OPTIMAE ET KARISSIMAE ET SIRIA IVSTINA FILIA MATER DVLCISSIMAE ET KARISSIMAE BENEMERENTI FECERVNT.

¶ In primo ſacello iuxta Lauacrum Conſtantini.

CARILAMPES FRATRI SVO DVLCISSIMO STATIO

¶ In Lauacro Conſtant. iuxta ſacellum quo non intrant mulieres:

P. CORNELIO MAVRO
CLODIA SABINA CON
IVGI . B . M . FEC .
ET SIBI.

¶ Interius in Vrna aquæ benedictæ.

.D. .M.

MEMMAE MYRONI ARGAEVS . FI . CLAVDIVS ANO CTES CONIVGI CARISS. ET SIBI FECERVNT.

¶ Ibidem in alio ſacello.

D I S M A N I B V S
S A C R V M .

In Baſilica Lateranenſi.

D. N. CONSTANTINO MAXIMO PIO FELICI AC
TRIVMPHATORI SEMPER AVGVSTO OB AMPLIFI/
CATAM TOTO ORBE REM PVBLICAM FACTIS CON/
SILIISQ. . S . P . Q . R .
DEDICANTE ANTIO PAVLINO IVNIORE.C.V.COS.
ORD.PRAEF. VRBI.

. S . P . Q . R .

AEDEM CONCORDIAE VETVSTATE COL
LAPSAM IN MELIOREM FACIEM OPERE
ET CVLTV SPLENDIDIORE RESTITVE/
RVNT.

Ibidem.

.D. .M.

FAVENTINO BENEMERENTI FECIT
TVCHE CONIVX CVM QVO
VIXIT AN. . X X . . D . X V .

Ibidem.

ORATIAE FELICITATI FILIAE ORATIVS PVBLICANVS ET . F . L.
SABINIANA PARENTES QVI VIX.AN.VNO MEN.NOVEM.

Ibidem

M.CANVLEIVS ZOSIMVS VIX.ANN.XXXVIII.FECIT PATRONVS
LIB.BENEMERENTI HIC IN VITA SVA NVLLI MALEDIXIT SINE
VOLVNTATE PATRONI NIHIL FECIT MVLTVM PONDERIS AVRI
ARG.PENES EVM SEMPER FVIT CONCVPIIT EX EO NIHIL VN/
QVAM HIC ARMORVM CAELATVRA OMNES CLODIANA EVICIT.

¶ Ibidem.

.D. .M.

EVTICIANVS ET RVFRLA. FECERVNT SIBI POSVERVNT.

¶ Ibidem.

T. MANLIVS PRVNICVS. CLAVDIAE IANVARIAE CONIVGI DVLCISSIMAE ET MANLIO CYRIACO FRVTRI AMANTISSIMO.

¶ Ibidem in pauimento.

SERONIA PROCLINA CONIVGI DVLCISSIMO AVRELI MERCVRIO MEMORIA MISTAM SEVIBA COMPARAVIT SIBI ET SVS. POSTERISQVE ITEM LIBERIS LIBERTABVSQ. EORVM SIQVIS AVTEM ISTAM MORIAM EX NVMERO FILIORVM SIBE LIBERTORVM DISTRAHERE VOLVERIT. INF. AER. PP. R. S. I. H. H.

¶ Ibidem in fragmento.

AEMILIA MAXIMO. DOBERO. MIL. COH. VIIII. Ↄ. VERI. MILITAVIT ANNIS. XVI. VIXIT ANNIS. XL. B. M. H. ET LIB.

¶ Ibidem.

.D. .M.

IVVENTIAE EVTYCHIAE CONIVGI KARIS. T. STATILIVS VALENS MP. CL. PR. RA. V. A. XX. B. M. P. C.

¶ Ibidem.


TI. CLAVDIO CLARISSIMI CLAVDI CHRESTE CONIVGI PRESTANTISSIMO. B. M. F.

¶ Ibidem

.D. .M.

BORTENNIA FESIA FECIT VILLIO MAXIMO. B. VIX. AN. .III. .D. .XXX.

¶ Ibidem prope ſacellum Sanctaſanctorum.



¶ Ibidem in porticu.

DIS MANIBVS.

TI. CLAVDIO TI. F. QVIR. GEMINO. IVLIA
GEMELLA MATER FECIT.

¶ Ibidem.

. D . M .

EVODIAE FECERVNT PARENTES QVI VIX. AN.
VIII. MENSIB. VII. DIEB. III.

¶ DE EXQVILINO MONTE.

¶ In paruo ſacello prope ſancta Crucem in Hieruſalem.

D I S M A N I B .

T . FLAVI FELICIS . FLAVIVS SVCCESSVS AVG . L . TABVLARIVS MARMORVM LVNENSIVM LIBERTO KARISSIMO ANNOS VI XIT . X . MENSIBVS . VI . DIEBVS . XXIII .

IN . F . P . XXV . IN AGR . P . XXXXV .
ITV AMBITV ACVIAE PRESTAN . D . V .

¶ In Eccleſia ſanctę Crucis in Hieruſalem.

DIS MANIBVS.

ATTIAE QVINTAE . T . ATTIVS PHLEGON CONIVGI OPTIME . ET . T . ATTIVS . T . F . PAL . QVINTINVS ROMA PARENTIBVS INDVLGENTISSIMIS.

¶ Ibidem.

. D . . M .

AVIDIO SPARTACO PATRONA ALVM-NO . B . M . P . Q .

¶ Ibidem in pauimento.

. D . . M .

NAMPHAMAE QVAE VIXIT ANN . XX . M . I . D . X . FE CI SALPEDO CONIVGI BENEMERENTI.

¶ In ſancta Bibiana.

DIIS
MANIBVS.

Q . IVLI . Q . IVLI SECVNDI LIBERTIS
CHRISEROTIS.

¶ Ibidem.

. D . . M .

T. FLAVIO AVG. LIB. CHRYSOGONO LESBIANO ADIVTOR TABV
LAR. RATION. HEREDITAT. CAES. N. FLAVIA NICE CONIVX CVM
QVO VIXIT ANN. XLV. SINE VLLA OFFENSA ET.
T. FLAVIVS AVG. LIB. VRBANVS FIL. B. M. FECERVNT. SIBI ET
LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM ET
MARIA TERTIA ORBIO MAGNO FILIO ET SIBI ET LIBERTIS
LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORVM.

¶ Ibidem.

.D. .M.

TREBIAE SOTERIDI . B . M . F . C .
TREBIVS. DIADVMENVS.

¶ In ſancto Mattheo.

DIIS
MANIBVS.

AEGNATIAE OPTATAE L. IVNIVS AEMILIANVS MATRI PIISSI-
MAE ET SIBI FECIT . V . A . XXII.

¶ In ſancto Euſebio iuxta trophæa Marii.

. D . M .

CANDIDINIVS SPECTATVS EQ. SING. IMP. N. NAT. BADAVS VI
XIT ANNIS. XXX. STIP. XI. TVR. PROCLINI CVR. GENIALINAE
VINDICE.

¶ Ibidem in eodem lapide.

.D. .M.

CANDIDINIVS VERAX EQ. SIN. IMP. N. N. BADAVS VIXIT ANN.
. XX . STIP. IV. T. PROCLINI CVR. CANDIDINIO SPECTATO
FRATRE IPSIVS.

¶ Ibidem.

. D . . M .

PATRITIAE. V. A. XXX. SYNAROS CONIVGI. B. M. F.

¶ Ibidem.

. D . . M .

L. POMPONIVS CLADVS ET CLAVDIA PATHERIA FECERVNT ET SVIS POSTERISQ. EORVM ET .M. QVINTINA OLLARVM. N. XII. AB IMO IN SVMMO CVM OBRENDARIO.

¶ Iuxta Arcũ ſancti Viti in uinea .M. Antonii de Ferreriis aurificis.

DIS MANIBVS.

T. AVRELIVS TRYPHO. F. PIETISSIMAE ANTISTIAE
TRYPHAENAE FECIT ET SIBI ET
T. ANTIGIO COSMO NEPOTI
SVO ET LIBERTIS LIBERTABVSQ.
SVIS POSTERISQVE EORVM.
. H . M . IN . F . P . X . IN . A . P . X .

¶ In pariete cuiuſdam domus prope eũdem arcum.

SECVRITATI SACRVM
VALERIVS IVLIANVS ITALICO FILIO INFELICISIMO ET HONORATAE MAMMVLAE HVIVS FECIT.

DISPAR DAMNA LEGE PARKARVM CARMINA DISPAR.
HAEC RIDENDA MIHI EST: HIC LACRYMANDVS ERIT
HAEC NANQVE EMERITOS BIS, XXXX, PER ANNOS
VIXIT: AT HIC TERNO CONSVLE NATVS ERAT.
CVR MODO TAM PRAECEPS PVERVM TAM SCAEVA TVLISTI:
FVNERIS AMBORVM DIC REA PERSEPHONE
VIX LVCEM VIDISSE SATIS, QVI VIVERE POSSET,
VIVERE QVAE NOLLET VIX POTVISSE MORI.

¶ In ecclesia Sancti Viti in fulcro altaris maioris

FL. EVRYCLES EPITYNCANVS . V . C
PRAEF . VRB . CONDITOR HVIVS FORI
CVRAVIT.

¶ Ibidem in latere ſiniſtro:

COLL . X . KAL. FEBR.
ARRIANO ET PAPO . COS.

¶ Prope Arcu ſancti Viti in foribus cuiuſdam ſtabuli.

.D. .M.
AGATHONI PATRI BENEMERENTI FECIT AVRE
SIAS FILIA VIX. ANNIS. XXXXV.

¶ Ibidem:

.D. .M.
M.SATVRNIO CVNDATI.Q.V.X.AN.X.D.XXVII. FE
CER. CVNDAS ET AVR. FIL.FE.FILIO KARISSI
.B. .M.

¶ Apud Arcu eiuſdem:

PAVLINO AGATHO PHILOLATIO.

¶ Ibidem:

.D. .M:

ZOSIMO .C.N.P.MAM:CASTREN: DO
NATA CONIVGI PIISIMO. B. M.

¶ In ſancto Antonio

.D. .M.
C. MARIO GEMELLINO VETERANVS.
.N. NAT. DACVS
.Q.V.ANN.XLIIII.D.V.MIL.ANN.XXV.
INEQ.SINC.AVG.N.AVREL.EMERITVS
EVOK. AVG.N.ET MARIVS MARCELLI
NVS MIL.LEG.II. PARTHIC. FRATRI ET
HEREDE FECERVNT.

¶ In pariete prope horto ſancti Antoni:

D. M.
PLANICAE HELPIDI, C, IVLIAE CHRYSIPPVS CONIVCI, B:M, FECIT,

¶ In ſancto Andrea prope ſanctum Antonium:

SENIORES AVG. DN. N. CONSTANTIVS ET THERMAS FELICIS MAXIMIANVS AVG. PRESTANTIA MAIESTATIS FIERI IVSSIT ET DIOCLITIANVS DOMINI CONSECRARVNT QVOD TANTI OPERIS

¶ Ibidem

D. M.

AVRELIAE MARVSIE FILIAE DVLCISSIMAE QVE VIX. AN. VII. M. VIIII. D. XXII. AVR. MAVRVS EVOC. COH. IIII. PRET. FILIAE DVLCISSIMAE FECIT.

¶ Ibidem.

.D. .M.

TERTIAE AEMILIAE DIVE DIVI QVONDAM. M. SCIPIONIS AF. CONLIBERTAE AC VXORIS GRAVIS.

QVE VIX. ANNIS. XLII. MENSIBVS. II. DIEBVS. XVII.

¶ In quadam porticu in primo aditu plateæ Baſilicæ ſanctæ Mariæ Maioris uerſus ſanctum Antonium.

MEMORIAE. M. NONI PLACIDI LISEVIRIA
. V. A. XXVII. M. VIII. D. XII.

AB ANNO AETATIS SVAE. XII. OCVLIS PATENTIBVS
VIDIT NIHIL.

¶ In ipſa Baſilica.

. D. M.

FELICI PATRI DVLCISSIMO FELICIS FECIT
QVI VIX. AN. LX. M. III.

¶ Ibidem.

OSSA. P. LONGIDI METIDIANI.

¶ In eadem Baſilica prope altare maius.

INGRATAE VENERI SPONDE/
RAM MVNERA SVPPLEX:
EREPTA COIVX VIRGINITA/
TE TIBI.

PERSEPHONE VOTIS INVIDIT
PALLIDA NOSTRI
ET PRAEMATVRO FVNERE
TE RAPVIT

SVPREMVM VERSVS MVNVS
DONATVS ET ARAM.
ET GRATAM CAEPSIT DOCTA
PEDANA CHELYN.

ME NVNC TORQVET AMOR: TI
BI TRISTIS CVRA RECESSIT
LETHAEOQVE IACES CON/
DITA SARCOPHAGO.

¶ Ibidem.

L. ARISTIVS SCARIPHVS ET
ARISTIA ANTHIS SIBI ET FELICIONI ET FORTVNA
FILIIS SVIS.

❡ Ibidem

L. PAECIPHILETI VIXIT AN. XXIII. PACCIVS DONAX. ET PACCIA EVTYCHIA FILIO PIISSIMO. B. M. FECER. ET SIBI ET SVIS POSTE RISQ VE EORVM.

❡ Ibidem in urna aquæ benedictæ.

CAECIA. C. L. EVLIMENE. C. CAECIO. C. L. PHILARISTO
VIRO SVO ET SIBI FECIT
C. CORNELIVS HILARVS AMICVS LOCVM OLLARVM
DVARVM DEDIT DONAVITQ VE.

❡ Ibidem:

In pauimento eiuſdem Baſilicæ:

.D. .M.

L. SILIVS CORPVS FLAVIAE VENVSTAE. C B. M.

❡ Ibidem:

IVLIA SABINA VIXIT ANNIS. XXV. IANVARIVS DOMITIANI
CAESARIS. L. SCRIB. CVB. CONTVBERNALI OPTIMAE FECIT.

❡ Ibidem.

.D .M.

IVLIVS SVRVS MIL. COH. I. PR. ET
IVLIANI AVRELIVS DIOGENES MIL. COH. VII. PR. ET
QVARTI HER. .B. .M. .F.

❡ Ibidem:

DIS MANIB.

EVTYCHIDI VIXIT ANNIS. XXIII.
ALBANVS FECIT CONIVGI.
CARISSIMAE. D.

¶ In gradibus eiuſdem Baſilicæ prope tribunal extrinſecus ad dextris uerſus Septentrionem.

.D. .M.

C. IVLI. VALERI LVCILIANI TRIBVLI TRIBVS PALATINAE CORP. IVNIORIS QVI VIXIT ANNIS QVINQVE MESES. VII. DIES .VIIII. IVLIA CALLIROE MATER FILIO DVLCISSIMO.

¶ In. S. Praxedæ.

DIS MANIB.
MINVCIA HESPERIS
VIX. ANNIS. XX. MENSIBVS. II.
MINVCIA DAMALIS FILIAE
ET LIBERT. SVAE.
F E C I T.

¶ In ſancto Martino de Montibus.

DEO SOLI INVICTO. MYTRHE FL. SEPTIMIVS ZOSIMVS. V.P. SACERDVS DEI BROTONTIS AECATE HOC SPELEVM CONSTITVIT.

¶ Ibidem.

IMP. COMMODO. VI. ET PETRONIO SEPTIMIANO COS.
.A. .P. .R. .C. .D. .CCCCXI.
DEC. IN PALATIO IN AEDE IOVIS PROPVGNATORIS
IN LOCVM . M . VERI.

¶ Ibidem.

C. CAMERIVS CRESCENS ARCHIGALLVS MATRIS DEVM MAGNAE IDEAE ET ATTIS PO. RO. VIVVS SIBI FECIT ET CAMERIO EVCRATIANO LIB. SVO. CAETERIS AVTEM LIBERTIS VTRIVSQVE SEXVS LOCA SINGVLA SEPVLTVRAE CAVSA . H . M . H . . E . N . S .

¶ Ibidem.

M.CANVLEIO GALATICE PARENTI ET PATRONO BENEMEREN
TI HYGINVS LIB.ET ACESIS SOROR.

¶ Ibidem in una capella in quodã pilo marmor. ubi erat aqua bñ:

DIIS MANIBVS SACRVM.

M.ARCVTIVS SALVTARIS FECIT SIBI ET
TERTVLLAE CONIVGI SVAE
BENE VALEAS RELIGIOSE QVI HOC LEGIS
BENE SIT FILIS FILIABVS MEIS
QVI ME BENE COLVERVNT.

¶ Ibidem.

.D. .M.
GERMIAE PIAE. C. O. VEHILI.

¶ Ibidem

CINERES ET OSSVA PHILOCAPTAE HIC . S . S . PERPETVAE ME
MORIAE FACTI ET INFAMIAE CAVSSAQVE INSATIABILI VENE
RE EXHAVSTA SVBTER. V. V. MORTVA EST VIX. ANN. XXXV.
.M. IIII. D. X. PARENTES INFELICISS. TACITO NOMINE EXTRA
SORTEM AD. R R. POSVERE.
O VORAGINEM EXVRIENTEM.

¶ Ibidem.

FLAVIAE ELPIDI CONIVGI SANCTISSIMAE MOSDRVS
AVG.LIB.ACOMMENTARIIS AQVORVM.

¶ Ibidem.

.D. .M.
SALVE PVER AETATIS CASTAE. CERVNTIO ALVMNO DVLCISS.ET
MEAE SENECTVTIS ALENDAE STVDIOSO . VIX. ANN. V. M. IIII.
DIES. V. QVOD SI VIXISSET MELIVS FECISSET.
APVLEIA PLORANS MOESTISS. MATER FECIT.

¶ Ibidem.

. D . . M .
IVLIA . L. F. PRISCA VIX. ANN. XXVII. Q. CLODIVS HILARVS
VIX. ANN. XXXV. NIL VNQVAM PECCAVIT NISI QVOD MOR
TVA EST.

¶ Ibidem.

T. AVRELIO ACHILLEI QVI VIXIT ANNIS XXI. MENSIBVS. XI. DIES. XVII. HERED. FECERVNT.

¶ In ſancta Lucia in Silice.

PERIBLETVS
AVG. LIB.
VLPIE ARETE
CONIVGI CARISSIMAE
FECIT.

¶ Ibidem.

VESBINO AVGI PATRI SANCTISSIMO ET FLAVIAE AMPLIATAE
MATRI PIISSIMAE. ITEM SIBI POSTERISQVE SVIS
T. FLAVIVS AQVILA FECIT.

¶ Ibidem.

. D. . M.

ASCONIAE DORIDI ET ERASMO CONIVGI EIVS. Q. ASCONIVS ERASMVS PARENTIBVS DVLCISSIMIS.

¶ In hortis Mecenatis ultra Termas Dioclitianas ī cāpo Exquilino.

ASCLEPIO ET SALVTI
COMMILITONVM. SEX TITIVS ALEXANDER MEDI-
CVS CHO. V. PR. DONVM DEDIT AVG. VIII. T. FLAVIO
SABINO.

¶ Ibidem.

IMP. CAES. C. IVLIO VERO MAXIMO PIO FILIO AVG. TRIB. POTE STATIS PROCONS. DESIG.

¶ Ibidem.

T. FL. T. CLV. ISIDORO EQ. ROM. PATRI DVORVM EQ. PVB. OMNIB. HONORIB. HONESTE FVNCTO Q VINQ. II. AVGVRI SACER PONT. PRAEF. SACROR. PATRONO MVNICIPI INTERAMNAT. NARE CASVENTINORVM VINDENATIVM. V. B. ET QVID QVID IN EGREGIVM HOMINEN LAVDIS DICI POTEST IN HOC SIT BENEFICIO NATVRAE CONLLATVM POSESSORES IN QVILINI NEGOTIANTES VITE STATE CVLTORES HERCVLIS KARISSIMO. L. D. D. D

¶ Ibidem.

SALVTI PERPETVAE AVGVSTAE LIBERTATIQ. PEBLICAE POPVLI ROMANI.

PROVIDENTIAE TI. CAES. AVGVSTI NATI AD AETERNITATEM ROMANI NOMINIS SVBLATO HOSTE PERNICIOSISSIMO. P. R.
FAVSTVS TITIVS LIBERALIS. VI. VIR. AVG.
ITER. P. S. F. C.

¶ Ibidem:

HIC SITVS EST QVONDAM COELI PARS MAXIMA PLEBS
ADFECTVS OMNIS POSSIDET ISTE LAPIS
VIX CONSVMAVIT SEPTEM QVINQVENDIA LVSTRI
OSCVLA FERVENTEM NEC TENVERE ANIMAM.
QVOD SI MVTARI POTVISSENT FILA SORORVM
GAVDERET CONDI MAXIMVS HOC TVMVLO.
CELLIVS MAXIMVS PHEB. LIB. DVLCISS.

A. QVINTILIO, A. F. PAL. PRISCO. IIII. VIR QVINQ. AD LECTO EX. S. C. PONT. FABR. EIVS OB EXIMIAM MVNIFICENT. QVAM INMVNIC. SVOS CONTVLIT. SENAT. STATVAM PVBLICE PONEN. IN FORO VBI IPSE VELLET. CENSVRE. H. A. > . R. HIC EX. S. C. FVNDOS CEPONIAM ET ROIANVM ET MAMIAM ET PRATAN EX OSCO AB. R. P. REDEM HS. IXX, M. N. TIN. ANIT. RP. REDDID. EXQVO REDDITV AE. HS. IV. M. CC. QVOD ANNS. VI. ID. MAI DIE NATAL SVO PERPET. DARETVR PRESENTIB. MVNICIB. ET IN COL. ET MVLIERIB. NVPTIS CRVSTVL. P. L. MVSI HERMN. ET CIRA TRIELIN. DECARIONIB. MVLSVM ET CRVST. ET SPORTVL. HS. X. N. ITEM PVER CVRIAE INCREMENT. ET. VI. VIR. AVG. QVIBQ. V. V. L. CRVST MVLSVM. ET. HS. VIII. N. ET IN TRICLIN. MEO AMP. IN SIG. X. HS. I. N. ET IN ORN. STATVAE ET IMAG. MEAR. RESP. PERPET HS. XXX. N. IMPEND. ARBITR. IIII. VIR. AEDILIVM CVRA FAVORABILI. EST SI PVER PLEBIS SI DISTINTIONE LEGEAT NVCVM SPASI. MOD. XXX. EX VINI VRNIS. VI. POTIONVM E MINISTRATION. DIGNE INCREMENTIS PRESTITERIT.

DE VIMINALI MONTE.

In Aede ſanctæ Potentianæ:

AVXESI CITHAREDAE
CONIVGI OPTIMAE
C.CORNELIVS NERIFVS FECIT
ET SIBI.

Ibidem.

.D. .M.
TI. CLAVDIVS VICTOR NICENI CON
IVGI SVAE. B. MERENTI.

Ibidem.

RELIGIOSISSIMOQ.C.CAEIONIO RVFIO VOLVSIANO.V.C.CORR.
ITALIAE PER ANNOS OCTO PROCONSVLI AFRICAE COMITI DO
MINI NOSTRI CONSTANTINI INVICTI ET PERPETVI SEMPER
AVGVSTI PRAEFECTO VRBI IVDICI SACRARVM COGNITIONVM
CONSVLI.

Ibidem.

MEMORIAE DIVAE FAVSTINAE AVG, PIAEQ, CLARISSIMAE RELI
CTA MATRE INFELICISSIMA VIX, ANN, XXXVI, MENS, III.
DIEB, XI,

In Atrio ſanctæ Potentianæ:

DIIS MANIB.
IVNIAE, D, F, PIAE VIX ANN, XXXV, ASAENIVS HERMES CON
IVGI CARISSIMAE.

¶ Ibidem.

. D . . M .

AELIA BOTIAE CONIVGI DVLCISSIMAE CVN QVEN VIXIT ANN. XIX. AVRELIVS DASSIANVS EVOK. AVG. NOS BENEMERENTI FECIT.

¶ Ibidem.

.D. .M.

CATTIO SVBVRANO VIXIT . A . IIII . M . V .
CATTIVS EVTACTV ET
ATTIA MELITIAM PARENTES FILIO DVLCISSIMO
F E C .

¶ In ſancto Laurentio Paniſperna.

.D. .M.

PHOEBI . F . PHOEBVS . P . ET ANGE MATER.

¶ Ibidem.

. D .M.

LEPIDIAE SATVRAE FIL . Q . V . A . XVI . ET LEPIDIO FATALI FIL. Q . V . A . XXVIII . IVLIA GALLA MATER FECIT SIBI SIB . L . S . P . E.

¶ Ibidem.

. D . . M . .

L . VERATIO RESTITVTO PATER
FILIO PIO FECIT.

¶ Ibidem.

.D. .M.

GAVIAE LAIDI . V . A . XXIII . M . I . D . XXI .
GAVIVS HELIVS PATER FILIAE FECIT.

¶ Ibidem in aqueductu plumbeo.

IMP. CAES . TRAI. HADRIANI AVG . SVB . CVR . TREBELLI MARINI. PROC . MARTIALIS SER . FECIT.

¶ Inquadam eccleſia quæ eſt in menſa monacorum.

Q . SVLPITIO ONESIMO FECERVNT AQVILIAE ET VLPIA . M . CORNELIVS FORTIS DE SE BENEMERENTI.

Ibidem.

.M. .C.
CILINIA CAMPETIA.H.F. IN QVA FVIT
IMMITABILIS CASTITAS PROBISSIMA VE-
RECVNDIA IN COMPARABILIS INNOCEN
TIA PERPETVA QVIESCIT IN PACE.

Q. VIX. ANN
. XVIII.
MENSES .XI.
DIES. XXI.

VARIVS VICTOR CONIVGI ORN.ET SIBI.V.P.
HIC COLL.FABR.M.RHS. XXX.H.V.DEDIT EX
QVORVM REDITV QVOD ANNIS DECVRIO
NIBVS COLL.FABR.M.R.IN AEDE NEP.
QVEM IPSE EXTRVXIT DIE NEPTVNALIO-
RVM PRESENTIBVS SPERB ✱ BINI DIVIDE
RETVR ET DIE.XXVIII.SVE CENTENI QVIN
QVAGENI QVOT ANNIS DARENTVR VT
EX EA SVMMA SIC.V.SOLITI SVNT ARIAM
PVBLICORVM FLAVIAM ET ITALICI FILIO
RVM ARCAM IN QVA POSITA EST FLAVIA
SALVTARIS VXOR.EIVS ROSSIS EXORNET-
DE. ✱ XXV.QVAE EX.XII.SED DE RELI-
QVO IBI EPVLENTVR OB QVAM LIBERALI-
TATEM COLL.FABR.M.R.INTER BENEME
RITOS QVOT ANNIS ROSAS PVBLITIIS
SVP. ET FLAMAE SALVTARI VXORI EIVS MI-
TENDAS EX ✱.XI.XX.V.SACRIFICIVM FA
CIVNDVM DE.XX.HS PER MAGISTROS DE
CREVERIT.

FELICIS AESCINO, L.THVN.L.M.HELVIO
FELICI.L. ANTIGONAE.L.CRATERONI.L.
DOXE.L.

¶ Ibidem.

PERPENIAE HELPIDI CONIVGI OPTIMAE PIISSIMAE SEX, AEMILIVS MVRINVS PROMISSV ATHICTI AMICI. L. CLOCLIAS. F.

¶ Ibidem:

.D. .M.

TROPHINO VLPIA SANILLA CONIVNX BENEMERENTI FECIT ET SIBI ET LIBERTIS LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORVM.

¶ bidem:

DIS MANIBVS

P. CORFIDIVS. P. L. DONIS DAT LOCVM LIBERTIS ET LIBERT. ET PRIMO ET PRIMAE TROPHINO VLPIA SANILLA CONIVX BENEMERENTI FECIT SIBI ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM. ◦. P. CORFIDIVS. P. L. DEMETRIVS. ◦. CORFIDIA. P. L. QVARTA CONIVX OPTI. P. CORFIDIVS. P. L. MYSTES.

¶ Ibidem.

DECIMIONVM FAVENTI ET FORTVNATI CABATO RE DE VIA SACRA FECERVNT SIBI ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERIS EORVM

¶ Ibidem.

.D. .M.

CORNELIO MAVRO CLODIA SABINA CONIVGI. B. M, FECIT ET SIBI.

¶ In eodem Viminali colle:

ARAM IOVI FVLGERATORI EX PRECEPTO DEORVM MONTEM SV. VAL, CRESCENTIVM PATER DEORVM OMNIVM ET AVR. EXVPERANTIVS SACERDOS SILVANI CVM FRATRIB. DEDICAVERVNT.

¶ DE QVIRINALI MONTE

¶ In ſancto Cyriaco iuxta Thermas Deocl tiani:

ARCVMENNAE PIETATI VIXIT AN. XXXVII. V. L. ARCVMENNA TROPHINIVS. ITEM CONIVGI. B. M. FECIT.

¶ Ibidem in uinea quadam prope ſanctam Suſannam:

SOLI INVICTO SACRVM CORNELIVS MAX. COS, X. ER.
EX VOTO.

¶ In colle Q.uirinale ubi dicitur mons Caballus.

L.FLAVIAE SEPTIMIO APRO OCTAVIANO.C.V.TRIB.PLEB.SOD,
HADRIA.Q.PROVINC.CYPRI SEVIR.TVRM.LI.EQVIT.RO.
XVIRO.STLITIB.IVDICAND.FL.NERATIA SEPTIM.OCTAVILAL
C.Q.PATRI.

¶ Ibidem in Domo Archiepiſcopi Neapolitani.

.D. .M.

SALFEIA ATHENAIDI QVAE VIX.ANNIS.XV.MENS.VIIII.DIF.
XXVIII.FECIT ARRIVS CRESCES CON QVA VIX.ANN.VNO MEN
SES.VIIII.

¶ Ibidem prope portam.

P.VALERIVS BASSVS PRAEFECTVS FABRVM ET CAECILIA PROCNE
DIANAE VALERIANAE.
.D. .D.

¶ Ibidem in domo Pomponii Laeti uiri doctiſſimi.

.D. .M.
CORNELIAE THYMELE FILIAE
DVLCISSIMAE
CALPVRNIVS DICEVS ET SECVRA PA
RENTES INFELICISSIMI FECERVNT.
VIXIT ANNIS.VII.MENS.II.D.XVIIII.
.H. .VIII. .B.B.

¶ Ibidem.
.D. .M.

HERMES EVHODIAE CONIVGI SVAE BENEMERENTI QVAE VIX.
ANN. XXV. MENS. VI. DIEBVS.VIII

¶ Ibidem Prope.

LIBANO MEVIA ALPHIA CONIVGI CARIS.POSVIT.

¶ Apud eundem Pomponium

OSTORIVS EVHODVS CAPRILIA CASSIA FECERVNT FILIAE BENEMERENTI Q.VAE VIXIT ANNOS ,XV, D, XV,

¶ Ibidem.

P.AEL. PHILOCOLVS AELIE ONESIME CONIVGI FECIT ET SIBI LIBERIS LIBERTABVSQ.VE POSTERIQ.VE EORVM.

¶ Ibidem.

M—— KALATOR FLAMINVM AC DATA EST.SA. DEDICAVIT.A. CORNELIO PALMATO.

¶ Ibidem.

L.VOLVSIVS.Ɔ.L. ANTIOCHVS. Q..SALLVSTIVS, Q. SALIVS.

¶ Ibidem.

.D. .M.
NITORIS DOMITIAE AVG. ACTORI A FRVMENTO VIX..ANN. XXXV.
FECIT LAMPYRIS DOMITIAE AVR.LIB.B.M.

¶ Ibidem.

.D. .M.
CLAVDIAE FORTVNATAE TI. CLAVDIVS ERASTVS LIBERTAE OPTIMAE ET SIBI.

¶ Ibidem.

.D. .M:
FORTVNATVS ET FORTVNATA FECERVNT CORNELIO ETRIO.B.F.

¶ Ibidem.

D M
CORNELIVS. Q. ARNAE CRESCENTINAE CONIVGI.B.M.F.

Ibidem

Q. SALLVSTIVS. Q. L. NICE
PHOR. SALLVSTIA. Ɔ. L. FAV
STA.

Q. SALLVSTIO ALEXANDRO
Q. SALLVSTIO CASIO VIX.
AN. XVI.

Ibidem

Q. SALLVSTIVS FLACCVS SALLVSTIA
Q. L. LAMYRA.

Ibidem.

Q. SALVSTIVS
Q. HILARVS. V. SALLVSTIA
Q. L. PRIMA. E. F.

SALLVSTIA. Q. L. EVGENEA
Q. SALLVSTIVS
Q. L. ETYCHVS,

Ibidem

.D. .M.
CLAVDIAE VICTORIAE ET TI. CL. AVG. L. EVHELPISTO TI. CL.
AVG. LIB. PATRONVS PARENTIBVS PIISSIMIS FECIT.

Ibidem.

L. MILLELIVS. L. F. VALENS EVOCATVS.

Ibidem

.D. .M.
PROCVRATOR ERAM LAPIDAE: MORESQ. REGEBAM
DVM VIXIT MANSIT CAESARIS ILLA NVRVS.
ATTEIVS PHILOLOGVS.

Ibidem.

.D. .M.
CLAVDIAE FORTVNATAE
FECIT.
TI. CLAVDIO ERASTVS
LIBERTAE OPTIMAE
ET SIBI.

.D. .M.
FABIA Q. VARTILLA
C. FABI FELICIS FILIA
. V. A. XI.
MES. V.
FEC. BEN. MER.

Ibidem.

.D.
FORTVNATO CAESARIS. N. VERNAE. V. A. I. D. XXIIII. NICE
MATER FEC.

¶ Ibidem.

D. M.

TVTIAE CHIONES. Q. TITIVS ZOSIMVS PATRONVS LIBERTAE BENEMERENTI FECIT ET SIBI.

¶ Ibidem.

P. SERGIO. P. L. SPERATO CONIVGI OPTIMAE FEC. CLODIA LOCHIAS. Q. V. A. LXI.

¶ Ibidem

D. M.

FORTVNATVS ET FORTVNATA FECERVNT CORNELIO ETICO BENEMERENTI.

¶ Ibidem.

D. M. S.

L. ANNIO SEVERO MIL. CLASSIS PR. MISENESIS EX CAPRICORNO TRIERIE FECIT CORINTHIAS LIB. PATRONO BENEMERENTI.

¶ Ibidem.

D. M.

SECVNDO FILIO PARENTES BENEMERENTI FECERVNT VIXIT. AN. I. D. XLVII.

¶ Ibidem.

DIS MANIBVS SACR.

AEGNATIAE THALLVSSAE ET M. CARVILLI IVCVNDI. M. CARVILIVS IVCVNDINVS FIL. PARENTIBVS SVIS ET SIBI FECIT POSTERISQ. TE SVORVM.

¶ Ibidem.

D. M.

L. PONTIVS ACHILAS PONTIAE COETAE. B. M. F. C. POPEVS APTOR SORORI.

¶ Ibidem

DEO SANCTO APOLINI IACIFE
RO EX VOTO LIBES SOLVIT
MILES CORTIS.X.PRAETORIAE
CENTVRIA DA: SI. AELIVS. C.
LIBES VOTVM REDDIDIT.

¶ Ibidem.

.D. .M.

